

Salzburger Urkundenbuch (Ed. Hauthaler); Breves Notitiae, Nummer 15

Graman comes comparavit ad Adalhardum filium Helysei proprietatem suam ad Albinsvelt in Trůngö cum condigno precio et hoc tradidit ad Salzburg pro anima sua post obitum suum, quodque postea Kozperht concambiavit ad Arnonem episcopum, deditque proprium econtra super Trůnam fluvium. Ritant vir nobilis in Trůngů super Grunnpach fluvium tradidit porcionem suam in territorio et silvam cum conparticipibus suis ad Salzburgensem sedem. Herman vir nobilis dedit iugera III et in silva iugera V in longo et in lato virgas XII in Vfkö ad Pachmannum. Arn archiepiscopus concambiavit ad Panchmann I territorium et silvam a tribus fratribus, id est Reimbotone Kozbotone et Putulungo et dedit eis, quod fuit sancti Petri de dato Eginolfi in Lambach. Ratberht vir nobilis dedit ad Grundpach pro se et comiuge sua iugera VI. Helinger de Suanse dedit unum servum cum uxore et liberis tribus, cum omnibus, que habuit ide mservus. Albrich ad Suanse dedit de territorio iugera XXXIII. Mahtolt vir nobilis dedit ad Pachmann Hadebertum servum suum cum coniuge et filiis preter Heribertum, cum omni quod habuit idem servus.